

- invenerint acusare, etiam pena viginti sold. par. pro quolibet precone, et eis et cuilibet ipsorum de dictis acuis adhibeatur plena fides, et habeant medietatem condempnationum factarum ex dictis acuis. ¶ Item perquirere calefatientes furnum cum
5 noglo his in septimana ad minus, et tenentes lotamen contra formam statutorum, et panicoculas vel trecollas et fornaras et quamlibet // ipsarum euntes ad starium comunis, vel aliquam 70 B
aliam personam pro eis euntem, et eas acusare. ¶ Item etiam acusare quascunque trecollas ementes aliquid in platea vel
10 alibi ante horam none, et si emerint ante dictam horam cadant dicte tericole ad penam decem sold. par. pro qualibet et vice qualibet contrafacta, et eis de predictis adhibeatur plena fides et habeant tercium condempnationis. ¶ Item inquirere omnes
15 personas tenentes vel proitientes seu proici fatientes, tam tempore vindemiarum quam alio tempore anni, vinaciam paltam lectamen vel aliam inmundiciam in stratis publicis seu ante domum sue habitationis vel in viis consortium, et quos invenerint acusare, et hoc sub pena viginti sold. pro quolibet precone et vice qualibet contrafacta, et eorum acuis adhibeatur
20 fides cum sacramento, et habeant medietatem condempnationum factarum occasione predicta, et acusati unus vel plures cadant ad penam viginti sold. par. pro quolibet et qualibet vice contrafacta, et iudices Tergesti teneantur sacramento mittere dictos precones ad inquirendum de predictis semel in omni
25 edomata. ¶ Et quod unus e preconibus comunis omni die veneris tempore non quadragesimali, qui fatiat custodiam in palacio comunis, teneatur ire ad bechariam comunis ad videndum si becharii purgaverint bechariam vel non, et si non purgaverint ipsos becharios debeat denuntiare, sub pena standi
30 tribus diebus ad berlinam comunis; et quos acusaverit cadant ad penam centum sold. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, et ei adhibeatur fides cum sacramento de dictis acuis per eum // factis, et habeant tertiam partem condempnationum 71 A
factarum ex dictis acuis. ¶ Et ire semel omni die ad inquirendum tenentes lotamen vel vinaciam, seu qui foveam fecissent infra muros positos a ianua Cavanne usque ad portum comunis, sub pena centum sold. par. pro quolibet ipsorum et